



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 35. Mansuetudinem laudat, nec ulli detrahendum, vel detractorem audiendum præcipit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Tota hominumque salus transacto ex tempore pendet:

Et tamen, acceptas perdis tam turpiter horas,
Atque Dies, Mensesque Annosque & plurima
Iustra,

Nulla operum studio, collecta fruge bonorum,

An speras, inculta feret tibi vinea botros?
Arva inarata cibos, speratae praemia messis?
Erras, haec studio: multoque paranda labore.

§. 35.

Manfuetudinem laudat, nec ulli detrahendum, vel Detractorem audiendum praecipit.

Manfueti autem haereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. *Psal. 36.*

Si mordet serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit, *Ecclesiast. 10. v. 11.*

Sepi aurem tuam spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & feras, *Ecclesiast. 28. v. 28.*

Sis cunctis placidus, mansuetus. sisque benignus

Lenis, & ipsorum patienter suscipe mores,

Si tamē offendant, vindictam quaerere noli, Sed

a *Matth. 25.* b *2. Timoth. 2.* c *Ephes. 4.*

d *1. Reg. 24.* & *Genesis 45.*

Sed magni meriti reputata, magnæque coronæ
Authorem, casu quisquis te læserit ullo.

a Exspecta patiens Dominoque relinquit
causam.

Sic, etenim prudens, sequeris vestigia Christi,

b Qui tulit ingrata, diversa opprobria gentis,
Et veniet major tibi consolatio Cælo:

c Ipse sed alterius famam, ne læseris unquã,
Hæc reddendâ magis, quam res externa ju-
betur.

d Ecquid in alterius mores, vitamque reflex-
tis.

Obliquos oculos? proprios attendito gres-
sus,

Et cave, ne titubes, proprio sub pondere pres-
sus,

e Nam proprium cuicumque onus, est por-
tare necesse,

Non quod in alterius, tergo est, humerisque
alienis,

f Num stultum censes, aliorum carpere nar-
vos,

Et turpes, proprii maculas, non cernere vul-
tus?

Heu, quoties rancore malo, invidiaque læ-
borans.

a Con-
a Luca 21. & Coloss 1 & 3. *b* Psal 21.
c Sapi. 1. lac. 4. *d* Rom. 2. *e* Galat. 6.
f Psal 108.

a Condemnas Rectum, pravus, defendis iniquum,

Ut fert affectus, rationem passio vincens,
Quam vocitas, sancto Divinum nomine Zelum,

b Trabs oculis infixata tuis, festuca videtur,
Ast festuca hærens, alieno in lumine trabs est,
Sic lippum, infirmus visus, te fallit ubique:
Rectius in proprium, torqueres lumina pe-ctus,

c Lurida multorum vitiorum, ubi monstra videres.

Utilis, hæc propria foret, exploratio vitæ,
Qua festuca prius, nunc trabs tibi vasta pate-
ret:

d Sæpius auditu, graviter peccatur, ut ore,
e Ni *detraçtori*, patulas quis clausit aures,
Et facie monstret, minime sibi dicta probari,
Namque Aquilo pluvias, ut ventus dissipat
auras,

f Sic facies tristis, dispellit crimina linguæ,
Utque foco defint, si ligna, extinguitur ignis,
Peste, susurronum ablata, sic jurgia cessant
Et maledicta brevi sumet *detraçtio* finem.

¶ 36.

a Luca 18. *b* Matth. 5. *c* Roma. 4. *d*
Eccles. 28. *e* Ibidem. *f* Proverb. 25.